



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum aliquis possit esse perfectus in hac vita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

secundum charitatem, sed etiam secundum alias uirtutes. ¶ 3 Præter. Virtutes specificantur per actus, sicut & alij habitus: sed Iaco. i. dicitur, quod patientia opus perfectum habet. ergo uidetur quod status perfectionis attendatur magis secundum patientiam.

SED CONTRA est, quod dicitur ad Col. 3. Super omnia charitatem habete, quæ est uinculum perfectionis, quia scilicet omnes alias uirtutes quodammodo ligat in unitatem perfectam.

RESPON. Dicendum, quod unumquodque dicitur esse perfectum, in quantum attingit proprium finem, qui est ultima rei perfectio. Charitas autem est quæ unit nos Deo, qui est ultimus finis humane mentis: quæ quæ manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, ut dicitur i. Ioan. 4. & ideo secundum charitatem specialiter attenditur perfectio christiane uitæ.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod perfectio humanorum sensuum præcipue in hoc uidetur consistere, ut in unitatem ueritatis conueniant, secundum illud i. ad Cor. 1. Sitis perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Hoc autem fit per charitatem, quæ consensum in hominibus operatur: & ideo etiam perfectio sensuum radicaliter in perfectione charitatis consistit.

AD SECUNDUM dicendum, quod dupliciter potest dici aliquis perfectus. Vno modo simpliciter, quæ quidem perfectio attenditur secundum id, quod pertinet ad ipsam rei naturam, puta, si dicatur animal perfectum, quando nihil ei deficit ex dispositione membrorum, & alijs huiusmodi, quæ requiruntur ad uitam animalis. Alio modo dicitur aliquis perfectum secundum quid, quæ quidem perfectio attenditur secundum aliquid exterius adiacens, puta, in albedine, uel nigredine, uel in aliquo huiusmodi. Vita autem christiana specialiter in charitate consistit per quam anima Deo coniungitur. Vnde dicitur 2. Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte: & ideo secundum charitatem attenditur simpliciter perfectio christiane uitæ, sed secundum alias uirtutes secundum quid. Et quia id quod est simpliciter, est principalissimum, & maximum respectu aliorum: inde est, quod perfectio charitatis est principalissimum respectu perfectionis, quæ attenditur secundum alias uirtutes.

AD TERTIUM dicendum, quod patientia dicitur habere opus perfectum in ordine ad charitatem, in quantum, scilicet ex abundantia charitatis procedit, quod aliquis patienter tolerat aduersa, secundum illud ad Rom. 8. Quis nos separabit a charitate Dei? tribulatio, an angustia?

¶ Super Questio. 184. Art. secundum.

ARTICULVS II.

Utrum aliquis in hac uita possit esse perfectus.

AD SECUNDUM sic proceditur. Vt quod nullus in hac uita possit esse perfectus. Dicitur enim Apost. i. ad Cor. 13. Cui uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: manet enim in hac uita fides & spes, quæ sunt ex parte: ergo nullus in hac uita est perfectus.

¶ 2 Præter. Perfectum est, cui nihil deest, ut dicitur in 3. * phys. sed nullus est in hac uita, cui non deest

aliquid. dicitur enim Iac. 3. In multis offendimus omnes: & in Psal. 138. dicitur. Imperfectum me uiderunt oculi tui, ergo nullus est in hac uita perfectus.

¶ 3 Præter. Perfectio uitæ christiane sicut dictum est, attenditur secundum charitatem, quæ sub se comprehendit dilectionem Dei & proximi: sed quantum ad dilectionem Dei non potest aliquis perfectus charitatem in hac uita habere, quæ Greg. dicit super Ezech. Amor ignis quæ hic ardere inchoat, cum ipsum quæ amat, uiderit, amplius in amorem ipsius ignescit. Ne quantum ad dilectionem proximi, quia non possumus in hac uita oēs proximos actualiter diligere, etsi habitualiter eos diligamus: dilectio autem habitualis imperfecta est. ergo uidetur quod nullus in hac uita possit esse perfectus.

SED CONTRA est, quia lex diuina non inducit ad perfectionem, inducit autem ad perfectionem, secundum illud Mat. 5. Estote perfecti, sicut & Pater uester celestis perfectus est. ergo uir qui aliquis in hac uita possit esse perfectus.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, perfectio uitæ christiane in charitate consistit. Importat autem perfectio quando uniuersaliter: quia, ut dicitur in 3. * phys. Perfectum est, cui nihil deest. Potest ergo triplex perfectio considerari. Vna quidem absolutam, quæ attenditur non solum secundum totalitatem ex parte diligētis, sed et ex parte diligibilis, prout. f. Deus tantum diligitur, quantum diligibilis est: & talis perfectio non est possibilis alicui creature, sed cõpetit soli Deo in quo bonum integraliter, & essentialiter inuenitur. Alia autem est perfectio quæ attenditur secundum totalitatem absolutam ex parte diligētis, prout. f. affectus secundum totum posse, semper actualiter sedit in Deum: & talis perfectio non est possibilis in uita, sed erit in patria.

Tertia autem est perfectio, quæ attenditur secundum totalitatem ex parte diligibilis, neque secundum totalitatem ex parte diligētis quantum ad hoc, quod semper actu ferat in Deum, sed quantum ad hoc quod excedat ea, quæ repugnant motui dilectionis in Deum, sicut * Aug. dicit in libro de ueritate contra paganos. Perfectionem charitatis est cupiditas, per se in se ipso non potest in hac uita haberi: hoc dupliciter. Vno modo, in quantum hominis excluditur omne illud quod est peccatum mortale: & in quantum perfectione charitatis esse non potest, in quantum totalitate salutis. Alio modo, in quantum nullus excluditur non solum illud quod

Supra q. 34. ar. 3. 3. dicit. q. 2. de uer. q. 2. art. 11. Et Eph. 6. lect. 4. Et Phil. lec. 2. & lect. 3. prin. de co. 7. in ch. 1. fi.

li. 3. cor. 64. rem.

re, ab exteriori tamē effectu abstinere, quia tunc nō expedit. Tūc enim secundum membrum abiq; tertio ingentur, in intentione dilectio abiq; effectu. Nota secundō, primū membrum continere, qd diligere extraneos & ulterius inimicos, perfectionis est effectu in charitate, qd superius etiam declaratum in tractatu de charitate fuit & intellege de extraneis, & inimicis ut singulares sunt persone: ita qd interdū Aug. perfectionum filiorum Dei esse diligere inimicos, quatenus sunt singulares persone: & similiter benefacere eidē ut singularibus personis. Diligere autem eos in cōmuni, hoc est, inquit Christiāni, inquam concives, inquam homines, necessitatis est. Quod nihil aliud est dicere, quā qd ab amore quo prosequimur homines in cōmuni, Christianos in cōmuni, concives in cōmuni, & huiusmodi, non excludamus eos: sed amor qui ad universale terminatur, in sua universitate relinquatur, absque inimicorum, scilicet exceptione.

¶ Super Quaestio. 189. Artic. tertium.

In art. 3. eiusdē quaestiois dubium primo occurrit & simpliciter, & ad nomen, quomodo stant haec duo simul, Charitas est finis praecepti, & quod ipsa cadit sub praecepto. Repugnant siquidē haec ad invicem, simpliciter quidem, quia praeceptum, ut patet 6. Ethic. est actus prudentiae, quae non est de fine, sed de his quae sunt ad finē. Et experientia cōmuni testatur, qd cum precipimus, semper supposito fine precipimus. Secundū hominem vero, quomā expressē author superius vocat, qd finis praecepti non cadit sub praecepto. Et arguitur dubium ex eo, qd contrariae sunt conditiones finis, & eius qd precipitur ad finem: quoniam finis appetitur sine mensura, ut etiam in litera mani-

contrarium: sed etiam omnē illud qd impedit ne affectus mentis totaliter dirigatur ad Deum, sine qua perfectione charitas esse potest, puta, in incipientibus & proficientibus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Apof. ibi loquitur de perfectione patriae, quae non est in via possibilis.

AD SECUNDUM dicendum, qd illi qui sunt in hac vita perfecti, in multis dicitur offendere sicut peccata venialia, qd consequuntur ex infirmitate praesentis vitae: & quantum ad hoc etiam habent aliquid imperfectum per comparationē ad perfectionem patriae.

AD TERTIUM dicendum, qd sicut status praesentis vitae non patitur, ut homo semper actu feratur in Deum, ita et non patitur qd actu feratur in oēs proximos singillatim, sed sufficit qd feratur cōiter in oēs in universali, vel in singulos habitualiter, & sicut in animi preparatione. Potest autē et circa dilectionē proximi duplex perfectio attendi, sicut & circa dilectionem Dei. Vna quidem, sine qua charitas esse nō potest, ut si homo nihil habeat in affectu, qd sit contrariū dilectioni proximi. Alia autē, sine qua charitas inveniatur potest, quae quidem attenditur tripliciter. Primo quidem sicut extensionem dilectionis, ut si aliquis nō solum diligit amicos & natos, sed et extraneos, & ulterius inimicos. Hoc n. ut dicit Aug. in Enchiridio, est perfectio filiorum Dei. Secundō sicut intentionem, qd ostenditur ex his, quae homo pro proximo contemnit, ut si homo contemnat non solum exteriora bona pro proximo, sed et afflictiones corporales, & ulterius mortem, sicut illud Io. 15. Maiorē dilectionē nemo habet, qd ut animā suam ponat pro amicis suis. Tertiō, quantum ad effectu dilectionis, ut si homo pro proximis impendat non solum temporalia beneficia, sed etiam spiritualia, & ulterius seipsum, sicut illud Apostoli 2. ad Cor. 12. Ego autem libentissime impendam, & superimpendam ego ipse pro animabus vestris.

ARTICULVS III.

Utrum perfectio consistat in praeceptis, an in consilijs.

AD TERTIUM sic proceditur. Videt qd perfectio nō consistat in praeceptis, sed in consilijs. Dicit n. Dominus Matth. 19. Si

quis perfectus esse, uade, & uende oia qd habes, & da pauperibus, & ueni, & sequere me: sed istud est consiliū, ergo perfectio attendit sicut in consilio, & non sicut in praecepto.

¶ 2. Prae. Ad obseruantiam praeceptorum omnes tenentur cum sint de necessitate salutis. Si ergo perfectio christianae uitae consistat in praeceptis, sequitur quod perfectio sit de necessitate salutis, & qd omnes ad eam teneantur: quod patet esse falsum.

¶ 3. Prae. Perfectio christianae uitae attenditur secundum charitatem, ut dicitur: sed perfectio charitatis non uidetur consistere in obseruantia praeceptorum, quia perfectionem charitatis praecedit & augmenum, & inchoatio ipsius, ut patet per Aug. super Canonicam Ioannis: non autem potest charitas inchoari ante obseruationem praeceptorū, quia ut dicitur Io. 14. Siquis diligit me, sermonem meum seruabit, ergo perfectio uitae non attenditur secundum praecepta, sed secundum consilia.

SED CONTRA est, quod dicitur Deute. 6. Diliges dominum Deum tuū ex toto corde tuo. Et Leui. 19. dicitur. Diliges proximum tuū, sicut teipsum. Haec autē sunt duo praecepta, de quibus Dominus dicit Matth. 22. In his duobus praeceptis pedit lex & propheta: perfectio autē charitatis, secundum quam dicitur uita christiana esse perfecta, attenditur secundum hoc, qd Deū ex toto corde diligamus, & proximum sicut nosipos, ergo uidetur quod perfectio consistat in obseruantia praeceptorum.

RESPON. Dicendum, qd perfectio dicitur in aliquo consistere dupliciter. Vno modo, per se & essentialiter: alio modo, secundario & accidentaliter. Per se quidem & essentialiter consistit perfectio christianae uitae in charitate, principaliter quidem secundum dilectionem Dei, secundario autem secundum dilectionē proximi, de quibus dantur praecepta principalia diuina legis,

ut dicitur. Non autem dilectio Dei & proximi cadit sub praecepto secundum aliquam mensuram, ita quod id quod est plus, sub consilio remaneat, ut patet ex ipsa forma praecepti quae perfectionem demonstrat, cum dicitur: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo (totum n. & perfectum idem sunt, secundum Phil. 3. & cum dicitur, Diliges proximum tuū sicut teipsum. Vnusquisque n. seipsum maxime diligit. Et hoc ideo est, quia finis praecepti charitas est, ut Apost. dicit 1. ad Tim. 1. In fine autē non adhibetur aliqua mensura, sed solum in his quae sunt ad finē,

Secunda Secundae. Thomae. K K K 2

festatur. Id autem quod est ad finem si recte appetitur, oportet appeti commensurate ad finem. Unde si charitas est finis, sine mensura appetenda est, & si cadit sub praecepto, ac per hoc ad finem, commensurate ad finem appetenda est. Haec autē impossibilia uidentur, ergo &c.

¶ Ad hoc dicitur, qd illa propositio, Finis praecepti non cadit sub praecepto, intelligitur determinate, seu limitate, respectu illius praecepti cuius est finis. Stat. n. qd aliquid sit finis unius praecepti, & tamē cadat sub alio praecepto ut ordinatum ad ulteriorē finem, uerbi gratia. Sanitas est finis praecepti medicinae: & ideo non cadit sub praeceptis medicinae. Quia tamē sanitas sicut & quolibet aliud corporale bonum ordinatur ad spirituale bonum animae ut ad finem: ideo sanitas cadit sub praecepto de salute animae: quia hic non se habet ut finis, sed ut id quod est ad finem. Et ex hac eadem radice uidere potest qd sanitas a medico corporis appetitur sine mensura, quia habet rationem finis. A medico autem animae appetitur cum mensura, quanta scilicet expedit ad salutem animae, quia habet rationem eius quod est ad finem. Unde in proposito, charitas est finis reliquorum praeceptorum legis. Et ideo sub nullo legis praecepto clauditur, ut patet dicendo in praeceptis decalogi. Est tamen ad finem, qui Deus est, & ideo sub aliquo praecepto cadit. Et per hoc patet solutio primae obiectionis tam simpliciter, quam ad hominem.

Artic. 1. & 2. preced.

Tract. 9. de eligendo ad finem tom. 9.

¶ Ad

q. 44. art. 1. & 3.

lib. 3. text. 64. tom. 2.